



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam  
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem  
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum  
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de  
Lugduni, M.DC.LXXX.**

II. De obstinatione, ac obduratione dæmonum, & reliquorum damnatorum  
in malo.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

donetur, & solum quasi sufficienter præcise voluntas creata constituitur potens absolute ad honestum absolute, & bonum moraliter exercitum suæ libertatis debitum naturæ vere ipsi esse cum Vasquez & nostra doctrina recte componi potest, ut de gratia auxiliante agentes ostendimus, & id solum minimum demonibus damnatis adesse (ut est ad potentiam absolutam honesti exercitij constituendam absque ulla auxilij, quoad modum adhuc supernaturalis donationis, sed ut quid iniquis nunquam se honeste habituris circa materiam præcepto subiectam ea potentia minima cogitatione honesta à Deo facta fuit ut peccati abstinere, ut non peccare absolute possint, & peccati permissione ex iustitia vindictina, eos pugnat, quod absque non peccandi potentia nequit fieri.

Dico secundo, ad nullum exercitium honestum, & absolute bonum moraliter, quod præcepto non subest, adesse potentia physica absoluta demonibus, ac reliquis damnatis & citatis Alarcon Vasquez ac reliquorum, quos pro physica impotentia absoluta demonum damnatorum ad simpliciter honestum & bonum morale exercitium voluntatis retulimus cert. 3. n. 7. Probatur conclusio: quia cogitatio honestum exercitium voluntatis representans necessaria ad constitutionem absolute potentie voluntatis etiam minima ad id sufficiens, bonum quid damnatorum, & in ordine ad bonos mores procul dubio est, & qua omnes damnati ob moralia actualia præferunt (ut demones indignos meritis reddiderunt, ac insuper desperatæ salutis, cui & boni mores, & exercitium, quoduis honestum voluntatis, eiusmodi cogitatio honesta possent inferre, illi omnes sunt. Ergo ea etiam minima honesta cogitatione de facto priuantur damnati, sine qua potentiam absolutam ad bonum vllum, & honestum absolute voluntatis exercitium eis non adest. Et hæc quidem ratio nostram conclusionem probat satis, est minima hæc honesta cogitatio naturæ sui rationalis causæ creaturæ debita esset, & quoad modum etiam, naturalis: siquidem exigentia demerita damnati cuiusvis præferunt ob mortalia actualia, quo damnatus, viam vitæ terminavit, exigentia naturæ à Deo præualeat, ut dixi, cert. 2. numer. 6. Si autem cogitatio honesta, etiam minima, & necessaria ad constitutionem absolute potentie ad honestum exercitium, & simpliciter bonum voluntatis (tamen non congrua nec affectum habitura) damnatis indebita, seu non debita ipsi iure naturæ sit, ac subinde, quoad modum supernaturalis, & Dei gratia ultra, & supra creationis debitum, vigentior erit præfata conclusionis huius probatio, ut vidimus cert. 2. numer. 7. Id autem deinde huius loci non est, neque alicubi ab aliis Doctoribus disputatum: sed rationali creaturæ deberi communiter, sine examine suppositum: cum tamen multo examine Theologico discursu, & eruditione egeat, eius definitio, ut ex nostro primo tomo de ente supernaturali controu. de gratia auxiliante satis constat. Quo vero illud, quod in probatione hac diximus (eam scilicet vim præcipue habere in damnatis ob mortalia, actualia, & propriæ voluntatis in se, & de se absumi) respiciat, diximus cert. 2. numer. 6. sub finem. Nempe ad infantes ob originale solum damnatos, in quibus vigens adeo ratio non est, ut minima cogitatione honesta effectum, non habitura, atque à Deo potentia absoluta ad exercitium suarum voluntatum in penam originalis priuantur: cum honesta cogitatio ad vsum rectum originalis priuantur: cum vnicuique donetur, & inferuiat, ac proinde iis, qui proprii arbitrij, & voluntatis abusi non peccant, & damnantur, sed alienæ, nempe Protopatentum, non ita congruum videtur eam cogitationem honestam minimam, nec effectum habituram ita lege denegari: maxime, si ea iure naturæ, & creationis, rationali creaturæ debita sit.

Chrysoph. de Ortega de Deo vno, Tomus II.



## QVÆSTIO II.

### De obstinatione, ac obduratione demonum, & reliquorum damnatorum in malo.

Obstinationem de obduratione damnatorum demonum ac reliquorum in malo à plerisque cum impotentie eorum bene operandi, ac necessitatis in mala operatione perstandi, & insistenti, quæstione confusam, theoriam vtpote valde ab ea diuersam, & ex diuersis principiis (ut mox patebit) decidendam proponimus.

## CERTAMEN I.

### Obduratio damnatorum in malo in nulla assignate à Doctoribus impotentia physica bene operandi, ac non male operandi.

Demonum, de reliquorum damnatorum in malo obduratio duplex distinguenda est: ut superius dicebamus. Altera respectu actorum ab ipsis in via peccatorum, ob quæ fuerint damnati, & que in statu damnationis successit commiserint, (de quibus eadem ratio est, ac de illis iam duratione anteriori admittis) an, scilicet, ita in eis obdurecant, atque oblinati sunt, ex quo primum damnati fuerint, & damnati æternitate futura persistant. Quod idem est, atque, an ad impoenitentiam absolute honestam, ad prauam enim, & aliunde visitam impoenitentiam obdurata non esse, certum est, cum poenitentiam prauam, male à se actorum agant, ut ostendimus supra, eaque poena sensus non exigua miseris sit) antea actorum peccatorum oblinati, atque obdurati sunt, & quoniam eorum obstinatio, & obduratio constituitur. Altera vero obduratio eorum in malo est ad futuram eorum tota æternitate operationes, ut nihil non malum, & turpe sint in quacumque occasione & tempore operaturi. Idque ex ea obstinatione, & obduratione ad malum operandum, quotiescumque ex instanti primo suæ damnationis operentur: quæ obduratio ad malum ab obduratione in malo prima diuersa liquido est, ut patet: ac insuper ab obduratione non operandi deinceps bene, cum hæc bonæ operationis omissionem solum respiciat, illa vero non hanc solum, sed insuper operationem prauam. Est autem aduertendum iuxta hanc obstinationem, & obdurationem damnati cuiusque, ad prauam in quacumque occasione operandum, ex quo primo damnati sunt, tanquam terminum partialem seu partem termini, ad quem eiusmodi obstinatio & obduratio est, prauam, & viciatam alicunde poenitentiam, doloremque de peccatis admittis ubi dolendum de eis sit contineri. Siquidem prauus ille dolor operatio mala posterior peccato futura est, & proinde, in omnium prauarum deinceps futurarum à damnatis actionum cumulo, & collectione continetur: quare hæc ex parte ad secundam obstinationem damnatorum in malo, propriius loquendo ad malum, quam ad primam obstinationem & obdurationem, proprie, & strictè loquendo in malo, potius pertinere. Denique observandum (& quidem maxime pro virtutisque difficultatis decisione, & dilucido examine est: obstinationem & obdurationem tam in malo, quam ad malum, explicatam longe, ab impotentia physica absoluta euadendi, & abscedendi à malo, commisso, & impotentia simili non operandi male, quod operantur deinceps damnati sunt, valdeque differre. Id constat, primo, ex ipsa terminorum perfecta apprehensione



est, etsi alterutrum sit, esse posse bonum, sed præcise ad non ex honestate, & bene, atque absolute honeste, se excurrendam, voluntatem. Unde hanc obdurationem in malo seu ad malum negatione dicere merito possumus. Alterius vero obdurationis in malo, seu ad malum terminus alter est, ad operandum, vel omittendum turpiter, & prave, moraliter, siue contra legem, aut præceptum aliquid, vel prohibens, vel præcipiens: ut supra in simili de potentia, & impotentia absoluta physica damnatorum demonum, ac reliquorum, ac necessitate physica ad non operandum seu operandum bene, atque ad operandum, vel omittendum prave eorum potentiam, vel impotentiam physicam earumque terminos recte methodi, & charitatis doctrinæ causa dividimus, & circa primam demonum obdurationem, ad malum negativæ, seu non faciendum, aut omittendum aliquid, bene moraliter, seu absolute, ex virtute, & honestate, cum alterutrum licet, per legem, ac præceptum. Certum secundo, ex nuper dictis est, damnatorum demonum, ac reliquorum obdurationem in eorum impotentia physica, se bene moraliter, ex virtute, & honestate exercendi minime consistere. Probatio proxime data est pro conclusione prima: quia ex impotentia adesse illis ex defectu cogitationis honestæ, adhuc sufficiens, & minime necessitatis ad constituendam absolutam eorum physicam potentiam ad alterutrum bonum absolute, ac simpliciter honestum exercitum suæ voluntatis, ut constat ex cert. s. n. s. nequit autem in eiusmodi impotentia consistere, ut ex num. 1. nuper dicebamus, & hæc sit secunda conclusio. Iam ad obdurationem male, aut turpiter agendi prohibitas, vel omittendi (quæcumque illæ sint) præceptas operationes, seu actus quotiescumque demones, & damnati reliqui peracturi sint, vel omittendi in materia prohibita, vel præcepta, quæ altera est ad malum obduratio, veniamus.

s. Dico tertio, neque ad hoc malum obduratio demonum, & reliquorum damnatorum stat in physica impotentia absoluta ipsorum ad non male, siue positivè siue omittive agendum seu necessitate physica absoluta contra prohibitionem agendi, vel omittendi contra præceptum. Conclusio hæc nuper facta argumento pro duabus antecessantibus videbitur probari: quia impotentia physica obduratio non est. Verum ratio hæc robur habet, cum impotentia physica proveniat ex defectu cogitationis honestæ etiam minime, & necessitate ad absolutam potentiam constituendam, retrahentis à malo, vel inducentis in bonum, quæ deficientes neutrum voluntas absolute physice potest conclusio autem hæc est de omni absoluta impotentia physica voluntatis, non prave agendi, siue omittive, siue positivè universim, est ex defectu cogitationis honestæ non veniat, sed ea etiam adstante aliunde provenient, siue ex defectu preparationis conversus Divini, siue ex odio Dei, vel habitu pravo intensissimo prædeterminante ad malum à Deo infusus independentem à Demonum, & damnatorum reliquorum libertate, siue ex physica necessitate operandi de cætero saltem virtualiter ex pravo siue peccati, ob quod fuerit damnati & aliis, quibus obdurationem eorum ad prave agendum, vel omittendum in omni alterius occasione Doctores alij constituant, contra quorum nullum præfata ratio præstat. Idcirco contra omnes aliter generalem conclusionem nostram probo ex dictis q. 1. cert. s. n. 2. conclus. 1. damnati omnes habent potentiam physicam absolutam antecedentem ad non peccandum, tam positivè, quam omittive: ergo non habent necessitatem physicam absolutam, & antecedentem alterutro modo peccandi ac subinde neque in ea stare eorum obduratio ad male alterutro modo agendum. Consequentia est evidens; alioqui ad duplex contradictorium potentia, & impotentia simul, nec semel, sed præfaturam totam æternitatem in omnibus, & singulis damnatis admittendum cogeris. Antecedens probatum ibi est: quia absque potentia physica indifferente ad peccandum, & non peccandum alterutro modo, siue ad omittendum vel agendum prohibitum, seu agendum, vel non agendum præceptum, nequit esse potentia absoluta peccandi cum actio, vel omittio, quæ ex potentia ad unum ex eis determinata & ad illud operantem necessitans ac prædeterminans, à potentia indifferente, ad utrūvis extremum, & libera in actu primo nequeat provenire, quare nec libere procedat in actione vero, vel ommissione quæ libere non procedat, quantumvis contra præceptum,

Christoph. de Ortega de Deo uno, Tomus II.

vel prohibitionem fiat, peccatum non est. Ergo in quocumque est potentia peccandi, seu agendi, quod præcipitur, & non agendi, quod prohibetur, seu ad non peccandum est potentia absoluta ad non peccandum: atqui damnati omnes habent physicam absolutam, & antecedentem ad peccandum imo vero continuo peccant, peccabuntque tota successura determinate: ergo damnationes habent potentiam physicam absolutam, & antecedentem ad non peccandum seu non agendum, vel omittendum contra prohibitionem, vel præceptum, ut in antecedente primo assumeretur. Hinc constat eos omnes Doctores, qui impotentiam absolutam physicam antecedentem non peccandi, & necessitatem physicam absolutam, & antecedentem peccandi demonibus, ac reliquis assignant in terminis implicare: ac physicam impotentiam, non peccandi, & prædeterminatam potentiam ac necessitatem peccandi effectus impossibilis, quæ chimerica solum esse potest, potentiam eis assignare. Nec satisfacies, si dicas. Impotentiam illam physicam non peccandi, seu necessitatem peccandi in demonibus, & damnatis aliis non esse peccandi formaliter, & imputativè ad culpam, quod absque exercitia eorum libertate, & ab indifferente potestate voluntatis proveniente esse nequit, sed solum obiective peccandi, id est omittendi actum præceptum, & agendi prohibitum, quod ex obiecto pravi est, et si absque libertate eveniat. Etenim damnatos demones absolute peccare scriptura Patres, & Doctores omnes absolute docent, quod absque libertatis exercitio verum absolute non est, ex sola pravitare obiectiva: ut patet in moribus primo primis, & indeliberatis voluntatis: ergo obiectum turpe, & pravi peccata absolute, nec sunt, nec dici absolute possunt.

6. Secundo probatur in damnatis eiusmodi impotentiam non peccandi, seu necessitatem peccandi physicam per habitus, actus, vel quod velis aliud simplex, vel ex multis compactum, à Deo tamen independentem abvlu libertatis circa peccati materiam à damnatis exercendæ infusum, etsi per impossibile, ea impotentia, & necessitate absoluta, physica, & antecedente posita persisteret ad peccandum sufficiens, ac necessaria libertas, vel absque libertate peccatum nullatenus esse, vel esse posse, quare, neque obdurationem ad peccatum de cætero, quæ in damnatis est posse in ea impotentia non peccandi, seu necessitate peccandi consistere. Probatur argumento Marfilij supra contra habitus à Deo ita damnatis infusos, eosque necessitates physice ad malum, & peccatum, & quidè efficacissimo, & evidentissimo, contra quodvis ita à Deo infusum, & physice antecedenter determinans eum, cui infunditur ad aliquod exercitium pravi, quia eius infusione Deus erit author, & causa, peccati, ut contra decretum Calvinianum, & prædeterminatum Dominicanorum Thomistarum Recentiorum vigeamus, ita, cõtrouersia de decreto concurrendi, d. 2. & contra eundem physicam prædeterminationem ad materiale peccati ab schola tota Thomistica Iesuitica nostra fidentissime efformatur, at hoc Deum dedecet, & subinde repugnat, ergo & quidvis ita necessitans physice ad peccandum, & impotens reddens subiectum (in presenti damnatum) non peccandi repugnat. Minoris de se clarum, & sile certam veritatem universim ad presens obferre, ac infirmare retavit noster Arriaga citata d. 2. sect. 6 subsect. 1. n. 46. §. Absolute responderet quis, & n. 47. §. tertium exemplum, & §. Hinc constat, ubi ob rationes à se datas, vel deprobabiliter abstergi à Deo omnem indeceteriam ita prædeterminandi de se damnatos ad actiones, vel omisiones pravas existimas, cum tamè suarum rationum subtilitas, (subtilitas potius alicui forte videatur) plumbea sit & quæ facili potius alicui forte videatur, plumbea sit & paritate rationis valde disparis. Prima quia si admittitur eo prædeterminate, & necessitante principio peccati à Deo infuso persistere adhuc libertatem ad peccandum, abvlu eius tribuitur peccatum, non Deo. Sed quid aliud dicit Thomista recentior Dominicanus vel Calvinista, pro suo quilibet decreto prædeterminatio vel prædeterminatione physica actus pravi contra argumentum idem scerte ex suppositione, quod, eo principio prædeterminante ad pravam ommissionem, vel actionem, maneat libertas, vel ablata libertate in eis pravitatis (etsi utrumque implicet) ad exercitium ipsum libertatis pravi, (in quo libertatis modo, nec esse pravi, nec determinari, ut tale exercitium vllum potest) determinabitur à Deo principium prædeterminans, & necessi-

7. Denique condonationis peccati carentia, quæ à solo Deo est, est eius confectio habitualis, seu habituale peccatum, in huius, & plurium, recentiorum sententijs, quæ Deum non condonans peccatum illud confectur atque vlla indecensia quia peccator illud primo ponens in eo ipso ponit Deo ius, & exigentiam, condignitatemque, ad carentiam condonationis sui à Deo, fuit, ut Deum illud non condonet peccatori: unde huius illud apponenti, & in ipso eiusmodi condignitatem peccati habitualis confectio indecens, non autem Deum non condonanti, tribuitur. Nil tamen instans illi præstat, non prima de concursu Dei ad peccati, quia eo Deus de se peccantem nullatenus determinat, ut principio illud determinante à se infuso determinaret, prædeterminaret, ac, vellet nollet, traheret ad peccatum. Sed concursus offert (ut Ariasga ipse ait) indifferenter ad virtutis, Ego vero red Deo decentius explicans dixi, t. controu. 3. d. 3. q. vlt. cert. vlt. Deum non quidem concursum ad peccatum, adhuc indifferenter offerre, sed omnipotentiam suam (quæ tota ex parte Dei actiuitas est) decreto suo voluntati (non fecit, atque habuit supernaturalem Fidei, & Charitatis ratione aut inhesionem voluntati creatæ, & alligatæ ut eius & habitum prædictorum actiuitate pro suo arbitrio, ad exercitium bonum, vel prauum vertit: quod tamen, nec ea omnipotentie oblatione, nec suum ad eum concursum simultaneum, adhuc disiunctum) vult, sed voluntati creaturæ permitit, ut circa alterutrum extremum absolute possit libere, & ex arbitrio suo libere se exercere: neque vult, ut simulaneè concurret ad peccatum, seu prauam actionem determinate voluntate seu decreto aliquo, ex quo proxime, & immediate concursus ab omnipotentia proueniat vult, aut amat, sed vult ab inuito à creatâ voluntate (cuius arbitrio omnipotentiam decreta anteriori præfata ligauerat, ac lubbiderat) extorqueri. Quod inde paritatis ad infusorem à Deo principij physice prædeterminantis voluntatem ad actum prauum/multum inquit; quia, sicut ex determinatione creatæ voluntatis concurret; ita ex determinatione eiusdè in anteaquo peccato ex quo ius Dei ad puniendum peccatorem quæsi determinans, obligatusque Deus principium physice determinans eum ad peccatum infundit. Huic dignitati peccati; ad penam, & iuri Dei ad illam infundendam peccati infanti præfate inhiuntur; sed quod rursus inquiri paritatis est, ut à causatione peccati ad quod ipse physice, atque à peccatore irresistibiliter principio infuso, prædeterminat excoletur Deus (quo velis tunc, motu, aut sine illud infundat) ex eo, quod ad illud ipsum peccatum, & actum prauum creaturæ non eam determinans, nec volens sed ab ea potius determinatus, & quantum ex parte sua volens physice concurret: secundo causatio peccati, quæ ex principij determinantis infusione tribuenda Deo dicitur, non est peccati anterioris, in cuius penam infunditur, sed vltioris, ex eo principio infuso, & ad illud prædeterminante futuri, nec est quæsitio de motu,

8. Tertio, Deum esse causam, & auctorem peccati non esse, immo neque esse absolute, possit, ex patribus, & Conciliis dogma fidei esse, quod intincentiam eius causationis peccati indecensit, & turpiditudo, quod nulla motiui, aut finis bonitatis possit purgari; cum tamen Patribus, & conciliis, & Alieo plurimum auctori praeferuntur, & fines alioque scripturae essent nota: imo ab hereticis, contra quos dogma editum, ac petunt esse in fidei erroris defensionem propoſita, & a Patribus, & Conciliis omnibus neglecta. Ad hac secunda inſtitutio de habitu vitioſorum, praeſis abſque peccatoris adſcriptione, conſervatione à ſolo Deo admiſſa, ſi ſupradicta metaphyſice ad praeſens atque ſimiles eſſent, vt vere non ſunt, diſcultatem non emolliſſet, fed eandem continerent, autè prædeterminati non ſint, nec habet illiſque panem. Poſtremo, de conſervatione peccati habitualis præ carientiam prae condonati non ſint, nec ex parte quidem verum habet, quod paritas ſuſcipit. Et præ quidem verum meritum maculae purae Dei condonatione extirpatae non ſolum de facto non elicitur, vt dogma Tridentinum contra haereticos proximi ſaeculi eſſet, nec dici prae Dei condonatione extrinſeca absolute, adhuc dubitamus, poſſe. Imo, ſi de macula habitualis peccati actualis propaſis peccatoris voluntate commiſſi, abſque actuali peccatoris retractatione, ſors (vt ſortus doctæ adſerit) non per habitum quidem gratiae ſolius inſinuationis elici abſolute valeret, vt in adultis, ſemper, & conſuetudinaliter ſit attritione in ſacramento poenitentiae vel contritione intrinſecae ſuffragatur, quod fuſiori & ſubtiliori diſputatione quam habetis agimus, t. de ente ſuperlativo, de gratia formaliter ſanctificante. Vnde ex ſuprà exemplo, & impoſſibile eſt contra nos, & inutiliter inſtituitur, vt autem ſanctitas deus à paritate, debitas amplius, clarique innocentiae deſectus condonatione extirpatae purae Dei poſſit, ex parte maculae peccati habitualis à peccatore abſolvi, et alio ſed attritione, vel contritione extra ſacramentum, peccatore poſſit, vt catholice admittendi non carentia condonatiſſimo maculae habitualis non carentia condonatiſſimo indebita, ſed Deo non condonati, quod condonare non debet, ſed peccatori non ſe peſſet, vt imperpetuo condonatiſſimo intra, vel extra ſacramentum tribuenda eſt ſignificandi poſita carentia prae condonatiſſimo diuina, vt de facto in iuſtificatione omni peccatoris adulti poſſit, ſunt tamen iuſtificatione vel attritione in ſacramento maculae habitualis à peccatore detergetur. Huius ergo quod maculae habitualis ætate tempore ſequenti, peccati, & maculae actualis poſitione in tempore antecedente poſſit, deinceps poſſit nec retractari, eius conſervationi tribuenda eſt, poſſit ſolum maculam actualem (ex cuius influxu morali poſſit ſolum conſervatione, etſi condonatio Dei abſit, diſminat poſſit

nec positam à peccatore destruere debet, & condonare: denique macula habitualis confusio in malitia addit supra aequalentem tempore anteriori à peccatore admissam ( dummodo confessionis, aut contritionis de peccato admissio præceptum ab sit, cuius violatione peccati admissi confusio nouum aliud actuale peccatum esset, non autem malitiam, seu maculam habitualem auget ) ac non retractatum. Dato ergo maculam peccati habitualem negatione condonationis confutari, causamque contrarietatis à Deo, vide quantæ efficacis, vel potius quam contemnendæ inefficacis sit: Deus potest causare maculam habitualem peccati quæ ( quæ habitualis est ) nil malitiae, præter primo positam à peccatore, ubi primo peccatum fuit, habet: ergo potest causare peccatum, actuale, seu primam peccati positionem in qua tota peccati malitia est, & causatur.

## CERTAMEN II.

*Aliis reiectis nostra de obduratione  
Dæmonum, & aliorum damna-  
torum in malo, & ad malum  
negatiue, & positue conclusio pri-  
ma proposita, & asserta.*

**I** Am ad alios Doctores, qui obdurationem, & ob-  
stinationem Dæmonum, & aliorum damnatorum  
in malo, & ad malum negatiue ( seu non faciendum quid-  
quam boni moraliter, & honestum ) vel positue malum,  
sive agendi malum turpe, & inhonestum, quocumque  
in materia præcepto legis acturi aliquis, vel omis-  
suri sint in physica impotentia, bene, & honeste agendi,  
vel non male operandi non constituunt veniendum est.  
Noster Vasquez d. 2. §. 9. c. 7. & d. 2. §. 1. c. 4. num. 16. & 17. &  
Alarcon d. 9. c. 6. & reliqui Vasquianæ scholæ. Peccato-  
res ( tamen ) quæstionem de impotentia physica, bene ope-  
randi, & non male operandi cum hac de obduratione  
confundunt, atque ex eisdem principis deficiunt ) asse-  
runt: obdurationem ( scilicet in denegatione auxilii congrui,  
vel nec à malo admisso abcedant, nec bonum moraliter,  
sive positue, sive omisitue operentur, vel non operentur,  
præter id quæ ex statuta lege status illius, pro hac sententia,  
cit. c. 7. refert. Antiochodorem, Albertum, Bonaventuram,  
Richardum, Durandum, Scotum, Gregor. Bassolic. Ma-  
iorem, Gabrielem, & Oxamum: qui obdurationem  
hanc in defectu gratiæ auxiliantis refundunt. An vero  
hi veteres in denegationem solius gratiæ congruæ, an  
etiam sufficientis refundant ipse non explicat: imo, nec  
suum ibi mentem, quod hoc, satis ibi Vasquez aperuit;  
est de congruo auxilio se loqui aliquatenus insinuat, &  
d. 2. §. 1. c. 4. n. 16. & 17. clare significat. Est autem aduer-  
tendum circa hanc eius sententiam: ita in denegatione  
auxilii, & gratiæ congruæ Dæmonum obdurationis in  
malo, unicam, & propriam causam ( eius sunt verba  
cit. c. 7. §. in hac diffinitate: initio ) ab illo constituit, vt  
ex parte Dæmonum damnatorum animum obfirmatum  
peccandi non excludat: solumque vellet defectu gratiæ con-  
gruæ, quæ obdurat illa, quæ ex parte Dæmonum est,  
emolliiri possit, adum effectum emollietur, quatenus ex  
parte Dei etiam est, completi, & in absolutam eorum ob-  
durationem, & obstinationem euadere: ita enim cita-  
torum veterum sententiam hanc, quam sequitur §. eodem  
versus med. explicuit. Loquuntur autem de obstinatione  
Dæmonum, non quatenus consistit in animo obfirmato pec-  
candi ( huius enim propria causa ipsi sunt, nec Deus cau-  
sa illius propria esse potest ) sed de statu ipsorum inflexibili  
& impotentia refrendi bona voluntatem, quæ ad verbum  
transcripti, vt appareat primo, ex minus intellecta, eius  
sententia illum à Recentioribus irritò impugnari. Secun-  
do: quo iure nos de ipso, & reliquis Doctores dixerim  
quæstionem hanc de obduratione in malo, cum quæ-  
stione de impotentia physica operandi bonum, & non

operandi malum confudisse, vt ex postremis verbis claret  
& ex citato proxime Alarcone numero 13. & §. Tandem  
poterat quis, & numero 14. §. sicut ergo Deus, in decre-  
to voluntatis Dei non concurrendi cum Dæmonibus ad  
honorum quidpiam morale, sed solum ad malum cum aliis  
Doctoribus, quos retulimus supra quæstione prima;  
certamine 3. numero septimo obdurationem hanc consti-  
tuentem.

**2.** Contra hanc sententiam multus est Soarius toto  
fere c. 9. Primo: quia Dæmones damnati naturalibus seu  
eorum naturæ debitis, non priuantur à Deo in peccato-  
rum, ob quæ damnantur penam: auxilia autem & cogi-  
tationes honestæ ad bonum morale, & naturale saltem,  
quoad substantiam iure naturæ creaturæ cuius creaturæ  
rationali, quare, & damnatis Dæmonibus debentur: ergo,  
sed maior iuxta ipsam Soar. eodem cap. vniuersaliter vera  
non est. At enim multis naturalibus, & naturæ iure de-  
bitis in penam peccati pro statu damnationis, priuari  
etiam connaturalissimo, ac debitissimo concursu Dei ad  
bonum, vt vidimus q. 1. cert. 3. numero 7. Minor de auxi-  
lio congruo falsa est, vt supra, & fuscè aliàs ostendimus,  
quin probari oppositum possit, est constitutio potentie  
absolutæ & simpliciter talis ad opus bonum morale per  
honestam cogitationem essentialiter constituenda, iure  
naturæ debita cuius rationali creaturæ admittatur, si-  
quidem entitas cogitationis honestæ, & minime qui-  
dem, ad potentiam eiusmodi absolute talem essentialiter  
requiritur: non autem eius congruitas, aut minima maior  
intentio. Secundo opponit: cum Dæmonibus iure natu-  
ræ cogitationes honestæ debeantur, eis illos priuans  
Deus peccatorum, quæ ex earum denegatione Dæmones  
omittunt, author, & causa erit. Negari cogitationes ho-  
nestas congruas Dæmonibus deberi, sed eo admisso, illa  
latio non tenet: datis enim sufficientibus possunt abso-  
lute Dæmones pro suo arbitrio non operari male, nec  
in malo persistere: quare voluntatis & libertatis suæ ar-  
bitrio peccant, non Dei, qui dedit, quo bene operari, ac  
non operari male absolute possent, est aliæ, etiam debita  
naturaliter, quibus de facto non peccarent, denegauerit.  
Alioqui omnium peccatorum nostrorum, & Angelorum  
in via causa Deus, & author erit: quod est erroneum, cum  
nullum, nisi denegato auxilio, congruo datoque sufficien-  
ti, vt vitaretur eueniret, & æquum ius naturale ad auxi-  
lia congrua omni rationali creaturæ, & pro statu quo vis  
competat, vel non competat; si velis in statu damnatio-  
nis amplius, & specialius ius naturale ad auxilia congrua  
illis competere, vt exhiberis: solum ergo denegatione  
auxilii congrui in statu utroque rationalis creaturæ pec-  
catorum, Deus permittit: Instat, Dæmonibus, & damnatis  
reliquis statuta ( vt Vasquez ) lege generali pro eo statu dam-  
nationis auxilia congrua denegare ex quo alio fine po-  
test Deus, nisi, vt peccent? ergo non solum permittit, sed  
& intendit se habet Deus erga Dæmonum, & aliorum  
damnatorum peccata. Respondeo negando antecedens:  
quia ex fine vtendi suo iure, & dominio creaturarum, præ-  
stantiori, longe quam ius quodvis naturale ipsarum, &  
maxime auxiliorum, & honestarum cognitionum con-  
gruarum ( quas indebitas, & supernaturales quoad modum  
esse, verius est ) eas denegat viatoribus, cum peccant, quin  
eorum peccata intendat, in damnatis vero vltior, est si-  
nis eos statuta etiam lege pro eo statu denegatione con-  
gruarum cognitionum puniendi, est quippe status ille su-  
plici non largiari, & vberiori Dei ( quæ in congruæ co-  
gitationis honestæ donatione abs dubio foret ) misericor-  
diæ, & gratiæ destinatus. Ecce duos honestissimos fines,  
quos Deus generali illa lege denegationis potuit inten-  
dere, intenditque, quin eius intentio ad peccatum  
ex auxilii congrui denegatione futurum progredie-  
retur.

**3.** Opponit tertio Soar. iuxta hanc Vasquez doctrinam  
obdurationem hanc Dæmonum, & aliorum damnatorum  
ab obduratione reproborum hominum viatorum, quibus  
vel cui pro libito, Deus decreverit negare auxilium con-  
gruum, non solum ad finalem penitentiam, sed ad quod-  
vis bonum opus morale distingui non posse: cum tamen  
omnium sententia, valde diuersa sit: obiectionem hanc  
præoccupasse videtur, & satis ex indicio discipuli Alarc.  
proxime n. 9. Vasq. ipse d. 1. §. 1. c. 4. n. 17. aiens, damnatis  
Dei decreverit denegandi auxilia congrua omnia, & per-  
petuo



tionem essent, sed providentiæ, ac beneficentiæ, specialis, qua meritis vii erga damnatos non vult Deus. Secundum id necessarium ab his DD. admittendum exempla impotentie moralis vitandi omnia venialia, & inueterati peccatoris ad grauem tentationem vitandam (quibus impotentiam moralem, seu obdurationem Dæmonum in malo explicant, & confirmant) satis demonstrant: ea liquidem tales sunt: quia, tam communis vitiatoribus auxilia congrua, ad non peccandum venialiter in occasione vlla quâ inueterati peccatori ad resistendum, graui tentationi defuncti, si adessent, proculdubio neutri impotes moraliter essent, sed physice, & moraliter etiam, potentes essent: vii. & Dæmones ad bonum, & ad abscedendum, abstinentumque, a malo, ni eis auxilia congrua pro omni occasione adeo pro statu damnationis priuarentur, conuenienter ergo & necessario consentiunt hi DD. Valquio, quem toto conatu refellere contendunt: ipse vero iure ab eis dissentit, quod absolute in morali impotentia prefata, quam in damnatis Dæmonibus recognoscit eorum obdurationem non constituit: potest enim moralis impotentia ad prædicta dari, quia detur eorum in prædictis obduratio propria, vt ex dicendis clarebit.

6. Dico primo: obduratio omnis Dæmonum in malo voluntariam adhesionem affectuum ad malum negatiue, seu non bonum, siue positue malum, id est exercitium prauum voluntatis, si vltius aliquid agendum, vel omittendum est, vel in admissio malo persistendum essentialiter includit. Huic conclusioni expresse consentit Valquez vii ex eius verbis recitatis claret: ex antiquis, expresse etiam Henric, quodlibet. 3. q. 1. alios quosdam referens: a quorum rationibus abhorret: aliam de suo afferens, non meliorem, vt videre est apud Valq. d. 2. p. 2. 6. 2. quædam, idcirco impugnatio facili abstinere: est tamen contra omnes qui in aliquo à Deo independentes ab arbitrio Dæmonum, eiusque vltimo obdurationem eam supra constituebant etiam in habitu non physice prædeterminante ad mali prosecutionem, & auersionem à bono sed vehementer ad vtrumque impellente voluntatem, & moralem impotentiam ad opposita, ex parte actus primi inducente (vt fieri à Deo posse diximus) dummodo independentes à prauo obdurati, & libertatis laxe vlt à Deo solo fiat. Probatur conclusio: primo ex scriptura frequenter enim à Prophetis, Euangelio, Paulo, & Apostolis in suis epistolis cordis peccatoris durities, seu obduratio specialiter reprehenditur, atque ipsi exprobratur, vti quoque veritas: id quod immerito fieret, ni obduratio mixtum aliquid voluntarij, & prauj vltus arbitrij peccatoris haberet, id vltumque à Deo independentes à peccatoris arbitrio infunderetur, ac fieret. Antecedens (vt alia mittam) constat, ex Mattheo c. 19. n. 5. Marco c. 20. n. 5. c. 16. n. 14. ad Rom. 2. Dices satis voluntarij ac liberi peccatori ad mixtum in eius duritie, & obduratione, per quidvis à Deo solo infusum facta, si ob antecedens delictum peccatoris in penam (vt Dæmonibus, & damnatis reliquis) fiat. Sed tamen, si nihil aliud libertatis obdurati eius obduratio, quatenus ex ipso est, requireret, obduratus, quicumque peccat grauius, ex parte sua esset, atque merito ei durities exprobraretur: cum quidquid abusu liberi arbitrij est, ob quod durities vnde cumque deinde ipsi adueniens, exprobratur, in abusu peccatoris, grauius peccantis inueniatur, hæc autem non ita est, sed aliquid aliud est, præter abusum libertatis in actuali peccato graui (quidquid illud sit) quod vltius obduratio peccatori exprobratur, dum eius durities, & in malo obduratio reprehenditur. Quare, & alius libertatis abusus maior, quam ad peccatum graue requiritur admixtus in obduratione peccatoris est, cum ob duritiem merito, deprehenditur. An cuius graui peccatori oblici illud merito specialiter poterit, quod Stephanus acto 7. n. 51. Scribis, Phariseis, & legis Doctoribus in Synagoga congregatis opposuit. *Dura uerba, & inuincibilis cordibus, vos semper Spiritui Sancto resistitis, sicut Patres vestri ita, & nos?* Quod si ex obduratione independentes à maiori libertatis abusu, quam ad peccatum graue à Deo immixta illis opponeretur, facile responderent de abusu libertatis in peccando reprehendi merito, secus de obduratione, quæ ipsi præna à Deo immixta est, non autem vltius arbitrij prauus, aut maior eo, qui ea obduratione in ipsis panitur: idem probant illa Pauli ad Romanos 2. n. 5. *Secundum autem duritiem tuam, & impietatis cor tibi iuratus tibi iram*

& non autem Deus tibi, & illa num. 8. *is autem qui sunt, ex contentione, & non acquiescent veritati, erudunt autem iniquitati, ira, & indignatio*: vbi non solum malus vsus in non credendo veritati, nec prosequendo bono, & acquiescendo iniquitati, sed contentiosè, & animi contentione, Hispanice *verquedad*, & porcia siue contentio in eis agendis malis durities cordis appellatur, eique ira, & indignatio Dei maior respondere specialiter in penam dicitur, & *Indeo primum*, qui ex contentione, & obduratione peccat, deinde *Græco* est, gentili, qui non contentiosè ex obduratione cordis delinquit, & virtutis, ac fidei laus Iudæo primum, quia contra obdurationem, quasi hereditaria cordis, veritati obsequitur, contentio autem animi quæ obduratio à Paulo nominatur, & obstinatio, obdurationis synonyma vox, adhesionem propriam animi, & voluntatis, cuiusque voluntarie, & libere firmam & permanentem significatus proprietate significat, non autem ab alio, ex quouis motu inductam.

## CERTAMEN III.

## Amplior obdurationis voluntarie explicatio, &amp; conclusiones reliquæ.

1. Sed explicandum amplius iam est quid ea obduratio voluntaria, ex parte obdurati ultra necessariam voluntarietatem, & libertatem ad peccatum, sine obduratione committendum addat, vt adhesio firma voluntatis in malo, & ægerime reuocabilis auersio à bono sit. Ad naturæ inflexibilitatem physicam & à semel concepto proposito, & affectu immobilitatem absolutam Thomistæ aliquot Dominicani à nobis, nec semel, confutati recurbant. A quibus non longe abibant Henric, & ab ipso citati, vt referemus n. 6. aliterentes ex perfectissima, naturali libertate, & scientia Angelorum Dæmonum purè spiritualium, corporisq. impedimentis solutorum prouenire, vt à deliberato malo ad bonum regredi nequeant, quia toto impetu in obiectum, quod eligunt, feruntur, sed verique hic modus æquam obdurationem Dæmonum in via, atque in statu damnationis facit quod absonum est, & à communi sensu Doctorum abhorrens. Secundò: damnatos Dæmones, nunquam deinceps peccare, imò nec posse contra commune, etiam Partum Theologorum sententiam, plus satis in scriptura insinuatam docet. Tertiò: obdurationem Dæmonum omnimodam in malo admittendo diuersæ rationis ab admissio, non probat, cum deliberatio habita in vna materia, habita in omnibus aliis, non sit: quare neque immobilitas orta in materia vna ex perfecta deliberatione libertatem, ad deliberandum pro libito in aliis tollit, nec minuit. Quarto: ea doctrina pro Dæmonum obstinatione explicanda vt summum inferuit non autem reliquorum damnatorum: imò, neque Dæmonum pro statu damnationis, siue obstinationem pro eo statu, & ex damnatione ipsis competentem Ratio vero illa quæ ad hanc Dæmonum physicam à semel deliberate conceptu affectu Dæmonum ex perfecta eorum libertate, ex qua toto impetu voluntatis in id, quod deliberato velint, ferri debeant, ac proinde retrahi ab eo affectu, rectè rationis discrimine suffraginari minime possit, oppositum potius probat: cum & maior libertas sit voluntatis, quo pro arbitrio suo impensus, vel remissus ferri in obiectum ex parte actus primi possit: & certe ea voluntatis determinatio ex parte actus primi ad obiectum toto impetu, ac non aliter, prosequendum, necessitas voluntatis in actu primo aliqua est, omnimodæ eius libertatis in actu 1. contradicens: quo igitur pacto, ex maiori Angeli libertate irreuocabilis præ vehementia impetus voluntatis eius in obiectu cuiusvis deliberata prosecutione, aut fuga probabitur? Ratio vero altera aliorum ab Henrico citatorum ex perfectione scientiæ Angelicæ, ex qua Dæmones deliberant nihil magis est firmior. Probat enim synderesim eorum perfectiorem, simulque, ac melius, &

clarior



non agendum : ergo adequata obduratio demonum damnatorum in malo negativæ sit in obduratio-  
ne interna ex parte obdurati. Minor probatur ex dictis :  
quia extrinsecus, & ex parte Dei solum additur volun-  
tatis damnatorum, damnatorumque aliorum obduratio-  
ni denegatio auxilij, & cogitationis honestæ, etiam mi-  
nimæ, & necessariæ ad constitutionem, absolutè poten-  
tiæ physicæ ad bene simpliciter operandum, seu ho-  
nestum absolutè exercitium libertatis, quæ impotes illos  
physicè ad illud redit, ex defectu cogitationis honestæ  
necessariæ ad absolutam physicam potentiam ad illud :  
atque impotentia, ex cuiusmodi defectu orta in dam-  
natis, nec pertinet ad eorum obdurationem, neque  
eam complet, vel arguit. (Vt vidimus cert. 2. num. 3.  
ex dictis num. 1. Et prius dictis q. 1. cert. 2. num. 6. &  
cert. 5. n. 5. ubi eius probatio extat) ergo obduratio dam-  
natorum omnium ac subinde demonum in malo negativæ  
stat adequatè in obduratio voluntaria ex parte ipsorum.

5. Dico Quarto, Obduratio absoluta, & omnino  
completa demonum & omnium damnatorum in malo,  
& ad malum positivè tale exercendum siue ad pra-  
vum vltim, & exercitium libertatis, sua contra pro-  
hibita, vel præcepta, non stat in sola obduratio-  
ne voluntaria ex parte ipsorum : positivè malo, seu ad  
malum, & tampe, positivè, vel omniuin deinceps exer-  
cendum sed addit extrinsecus, & ex parte Dei au-  
xilij, & cogitationis honestæ congruæ, tetracturæ à  
prohibito, & inducturæ in præceptum, si donaretur,  
denegationem. Consecutio nostro Vazquez, Alarcon  
supra citatis & Vazquezianis reliquis quibus, vt vidi-  
mus, nolentes volentes, Soarius, & Ariaga tandem  
conferuntur. Probat, Quia Deus obdurat corda ho-  
minum, iuxta illud : *Ego indurabo cor Pharaonis* :  
ergo ad obdurationem absolutè talem vicia obduratio-  
nem voluntariam, ex parte obdurati, vel obdurandi  
ad agendum contra prohibitionem, aut præceptum, ali-  
quid addendum extrinsecus, & à Deo est, si enim ob-  
duratio voluntaria ex parte obdurandi, seu obdurati  
absoluta eius, & completa obduratio esset, Deus nihil  
se acturum, in obduratio eius absoluta illius pro-  
mittere, aut comminaretur ; imo nec agere posset,  
nisi actum, sed vt summum, augere absolutam, & com-  
pletam iam obdurationem, agere posset, ac promitte-  
re. Pergo, sed Deus nequit complere ex parte sua  
obdurationem absolutè talem obdurati immisione prin-  
cipij prædeterminati (quodcumque illud sit) ad tur-  
pe, & inhonestum exercitium voluntatis damnatorum  
vt multis ostendimus q. 7. nec subtractione concursus,  
aut sufficientis, auxilij, & cogitationis honestæ mi-  
nimæ, necessariæ ad potentiam absolutam honestè ab-  
stinendi à prohibito, & prosequendi præceptum, quia  
alias, nec possent Dæmones peccare, vt scriptura,  
Patres, & Theologi docent, continuo peccaret : ergo  
sola denegatio auxilij, & cogitationis congruæ com-  
plet, ex parte sua Deus absolutam, improborum, &  
damnatorum in malo, & malum positivè tale obdura-  
tionem. Probat, secundo, quia sola donatio auxilij  
congrui cordis duritiei vnde cumque habita, emollitur,  
& evanescit ; quin respectu illius obduratio vlla cordis  
resistat, duraque, & difficile frangibilis sit : ergo sola eius  
denegatio in absolutam duritiam coalescit.

6. Quoniam vero sæpe in hac, & præcedente quæstio-  
ne diximus damnatos dæmones denovo in statu illo dam-  
nationis peccare, & in dies magis, ac magis peccaturos  
idque ex scripturæ, & Patrum sententia esse : ex qui-  
bus cursum vnum, vel alterum testimonium produxi-  
mus firmandum tamen paulo amplius est : cum ne  
id, quis temerè auste negare ; tum, ne huic veritati  
conclusiones vtriusque, quæstionis plures innixæ no-  
rent. Primus textus erat ex epistola. 1. Ioan. c. 3. *Ab ini-  
tio diabolus peccat*, cui Augustinus 11. de ciuit. c. 13.  
addit. *Modo semper peccat*. Secundus ex cap. 8. *Ille ho-  
micida erat ab initio*. Tum quia suggestionem, & suasu  
peccati primi Parentibus communibus in paradiso,  
mortem hominibus innoxii : tum, quia mortis Abel  
in mundo primæ Caino author, & causa fuit ; tum  
denique, quia affectu, & sollicitudine æternæ mortis  
omnibus hominibus, exercite vero, & cum effectu,  
*Christoph. de Ortega de Deo Pno. Tomus II.*

cunctis, qui pereunt causa est, & author, hæc autem  
omnia post suam damnationem dæmones egerunt,  
agentique vique ad sæculi huius consummationem. Ter-  
tius textus supra memoratus ex Pl. 73. *Superbia eorum,*  
*qui te oderunt accendit semper*, ex his autem locis, siue  
cuius tactis, siue ex Instituto tractatis Patres, & in-  
terpretes consone, & constanter præfatam docent veri-  
tatem, eamque Theologi omnes, vel expresse doceat,  
vel supponunt, quos referre, & sequitur Soar. c. 10. n. 5.  
inde vero demum restat videndum : an eis peccatis no-  
uam penam Dæmones. Et damnati alij, siue damoi,  
seu primæ vñones priuationis bonorum ex parte intelle-  
ctus, & voluntatis, maxime vñonis & fruitionis Dei,  
(in quibus, vel in altera saltem essentialis beatitudo con-  
sistit) siue sensus scilicet doloris, & tristitiæ mereantur,  
ac ferant ?

7. Diximus supra penam nouam, non mereri, quia  
absolutum meritum, ac demeritum via statum vltia in-  
trinsecam operum honestatem, & laudabilitatem re-  
quirat, vt ostendimus contra, de merito : Est quippe  
mercedem operum negociandi status vltia non progre-  
diens, iuxta id Lucæ 19. num. 13. & 19. *Negotiamini  
dum venio*, cui conclusioni, ac ita absolute prolata  
assentitur, Vazquez d. 241. c. 5. n. 19. §. *Postremo posset  
quis*, ubi oppositum à nemine assertum vidisse, testatur,  
& §. *in hac controu.* statuit, ( & ex communi Theologo-  
rum ) essentialia nouam penam peccatis in statu dam-  
nationis factis non mereri ; n. vero 4. §. *quarto dixi*,  
quoad penam sensus accidentalem. De facto mereri ipsi-  
que à Deo infligi, vt tristitiam, & dolorem de victoria,  
& salute hominum, qui eorum superant tentationes,  
& contra eorum deprauatas intentiones, & malas artes  
saluantur ; idque in eorum penam ; vt, & Angelis  
Beatis in charitatis erga homines pramium de salute,  
& penitentia peccatoris gaudium accidentale augetur.  
Confero tamen absolutum nostri Vazquez conclusionem  
nostram præfata limitatione opus non habere, nec pro-  
ximæ ratione, ex parte adhuc, impugnari tamen ratio  
illa, quæ à Vazquez in termino, & extra via statum ab-  
solutè dicti meriti, ac demeriti bonorum, malorumve  
operum exclusionem probat ; quoad accidentale pro-  
priè pramium, vel penam maiori aliquantulum clara-  
te opus, habeat, quam sonat, vt ex dicendis num. 8.  
sine constabit quod res tota euoluatur, & exerceatur  
(vt iam præfatio) puto clarescet, & quoniam de essentiali  
pena, & damni, quam vocant, imo nec de pena etiam  
damni priuationis aliorum donorum, tam ex parte in-  
tellectus, quam voluntatis dubium doctoribus non est vl-  
terius aliquid penæ, ob peccata in damnationis statu facta  
damnatos absolutè, non mereri, neque eis de facto euenire  
de pena accidentali, quam vocant sensus, seu doloris, &  
tristitiæ tota controuersia esse posuit ; est autem acciden-  
talis hæc sensus pena duplicis generis in damnatis.

8. Altera, quasi accidentis proprii essentialis penæ, &  
status damnationis : qualis est pena sensus ignis, cuiusque  
demeritis, & peccatis via proportionatus, & de pena  
damni, seu priuationis gloriæ essentialis, quæ, vt dixi dam-  
nationis statum indiuide committantur ; sicuti, & statum  
Beatitudinis dotes propriæ, claritatis, subtilitatis, &c. Al-  
tera vero est accidentale malum, quod non ex illo statu  
damnatis accrescit, sed ex accidenti, & casu ipsi in eo  
statu contingit : cuiusmodi est tristitia, de hominum fec-  
licitate, virtute, & salute æterna, quam Alarcon, & alij  
penam peccatis damnatorum in statu illo factis pro-  
meritam absolutè, & adeo infidam esse expresse volunt. De  
prima accidentali pena sensus statum damnationis, vt  
eius proprium accidens, conueniente, nihil docent. Neu-  
tram vero peccata damnatorum absolutè promereri, ne-  
que in eorum penam à Deo ipsis augeri, & infligi, probo  
vniuersim. Quia via status, & tempus, negotiandi, me-  
rendique, ac demerendi, pramium, & penam præ-  
fixum adeo est recitatio textu, & alias sæpe. *Veni-  
t mor*, id est mors, in qua nemo potest operari, quod  
cum de honesto, ac turpi operatione præcisè intelligi  
nequeat, cum plura Beati in gloria honestissime, & dam-  
nari in damnationis statu turpissime operentur de opera-  
tione absolutè meritoria pramij, aut penæ à Deo cuius-  
vis, in alterutro statu ob illam donandæ intelligi debet  
h h est

est quippe vniuersalis negatiua propositio. Probo scot-  
sim, & per partes. Primam: quia poenam sensus, quæ  
passio, & proprium accidens damnationis suæ in vno  
quoque damnato est, nullus damnatus peccatis suis  
augeri absolute meretur, nec vitiorum illa, damnato  
alicui à Deo infligitur. v. g. vt auctentius ignitur,  
flagret, & intensius, incalcat, quam initio damna-  
tionis arsit, & incaluit; vt nec Beati honestissimis  
virtutum actibus, gloriæ, & status sui pedissequas dolores  
merentur augeri. Inde probo partem secundam de  
omnino accidentalibus, & aduentitiis poenæ demerito.  
Si enim ratione status termini, & defectus status  
vix, nec Beati merentur premium, nec damnati sup-  
plicium, quod eorum operationibus condigne, &  
maximè, & accommodatissimè alias responderet, nec  
supponitur ad antea merita, aut demerita in sta-  
tu viæ à Deo donatum, & ab alterutro receptum;  
ergo: quia status termini, & defectus status viæ abso-  
luto merito, & demerito, poenæ, ac pramij eu-  
iulvis, etiam apertissimi, & proportionatissimi viam om-  
nino præcludunt. Gaudium beatorum, ac demonum  
dolor, & tristitia de penitentiam agente peccatore,  
& salute æterna eorum, felici aut infelici statui, ac-  
cidenter adiungi, camque augere certum est; eis  
vero, aut operum in alterutro statu mercedem, &  
præmium, vel poenam à Deo obuenire negamus; sed  
solum, vt charitatis erga alios in Beatis eximie, odij-  
que, & inuidiæ erga homines effusissimæ in damnatis  
affectus, fluctusque connaturalissimos.



### QVÆSTIO III.

#### De poenæ sensus vniuersim sumpta.

**A**CTENS de poenâ damni, seu malis tam priua-  
tis, quam publicis, quæ demones (& idem  
est de damnatis reliquis) ex parte intellectus, & vo-  
luntatis à Deo patiuntur pro naturæ prioris ad eorum  
à demonibus pertensionem, seu cognitionem dispo-  
situm à nobis, definitumque est. Iam ad poenam, quæ  
iisdem demonibus ex eorum malorum cognitione, ac  
pertensione accrescit, ac poenâ sensus à Theologis  
appellatur generatim examinandam procedimus. Dixi  
generatim quia specialis poenâ sensus, ab igne demoni-  
bus, & animabus separatis à corporibus, damna-  
torum, quovisque ad iudicium vniuersale eisdem vaian-  
tur iterum, & damnati resurgant, proueniens, seu, quo  
pacto igne, etsi puri spiritus sint, ardeant, & inca-  
lescant specialem difficilemque apud scholasticos, quæ-  
stionem habet, post hanc generalem de poenâ sensus à  
nobis subiiciendam. Sunt autem in hac generali quaestione  
examinanda: eius essentia, obiectiua extensio, intensio,  
duratio continua.

### CERTAMEN I.

#### Nominis ratio, essentia, & obiectiua huius poenæ extensio.

**D**icitur poenâ sensus, quia etsi spiritibus puris  
nullus proprius sensus sit, quo pati sensibili-  
ter propriè possint; non tamen, ab eis aliter, quam  
malè, & disconuenientis obiecti cognitione, (quæ per-  
sensio mentis eleganter dicitur, vt etiam intelligere  
voce persensicare significatur) potest haberi: & in-  
super, quia spiritualis prorsus poenâ hæc Daemonum,  
& animarum, nec secundum se, & vt in se est, à no-  
bis perceptibilis, nec explicabilis, sensibilis doloris, &  
poenæ adiuncta potest solum, debetque percipi, ac eius

vocibus explicari. Et hæc de voce satis; de essentia ve-  
ro poenæ huius, quæ sensus in damnatis dicitur da-  
bium, nuper fecit nostri Atriage doctrina scd, &  
subiect, 3. num. 59. §. Scotus in 2. sub initium ac de  
eeps: vbi, vt sententia Scoti cert, vlt. memoranda de  
ritiem emolliat, ex propria tamen sententia, docet  
Dolorem demonum, & damnatorum de obiecto, quo-  
vis ipsi malo, & disconuenienti physice non in actu  
voluntatis, & displicentia, ac tristitia voluntatis dam-  
nati, de eo obiecto, sed in eius perceptione, & actu  
intellectus, quo formaliter à Damone, & damno,  
quovis cognoscitur, & intelligitur ipsi physice malum  
& disconuenienti obiectum essentialiter consistere; & si  
inde vitius, ex eius cognitione, & perceptione, in  
qua dolor essentialiter stat, ea voluntatis de eodem  
obiecto displicentia suboritur, qua dolere non de  
obiectis ita disconuenientibus, vulgaris quæ pro-  
priè, dicimur; Manus quippe, vel pes, vel caput  
dolere etiam nobis, dici etiam propriè solet; sed ibi  
appetitus, non resideat, nec eius organa, vt de per-  
cepto ibi obiecto dolorifero, ac disconuenienti acta ap-  
petitus doleamus, ac tristemur, sed solum sentia, ta-  
ctusque percipitur.

**2.** Dicendum nihilominus est, cum communi ex-  
terorum Theologorum Philosopherum, & petio-  
rum lingue Latine: Dolorem obiecti doloriferi, in  
figa, auctione, displicentia & tristitia appetitus ac  
subinde in actu simili voluntatis damonum de obie-  
cto ipsi physice disconuenienti, & malo essentialiter  
consistere. Ratio est, quia dolor actualis de obiecto  
physice malo, & disconuenienti secundum se specta-  
to, non est, sed de malo, & disconuenienti cognito:  
arqui cognitio mali, & disconuenientis physice non est  
de malo, & disconuenienti physice cognito, vel pre-  
specie alienas, vel proprias, sed de eo secundum se;  
ergo cognitio de obiecto dolorifero, ac physice dis-  
conuenienti, & malo, non est actualis dolor. Malum  
ita de se innoscitur, vt vitæque lingua propriè loco  
circumferatur, quod hispane dicimus, *que que no-  
uem, cora. con, que no flora*, hoc est, *que no dicit*.  
Minor est certa: quia ad cognitionem obiecti abso-  
lutè talem, obiecti cognitio alia fuit obiectum cogni-  
tum, aut præcognitum non supponitur; aut qui ad  
præsuppositam eius cognitionem alia, & hæc alia,  
& alia infinito regressu, & processu anterior causa,  
& anterior præsupponitur. Probatur Secundo. Quia  
delectatio, & gaudium de obiecto physice bono con-  
uenienti, & delectabili contrarie opponitur; actuali  
dolori de obiecto physice malo, disconuenienti, &  
dolorifero: ergo actualis dolor eiusdem facultatis  
actus sunt, cuius sunt gaudium, & delectatio: nempe  
appetitio, non autem cognoscitio, aut intellectio  
facultatis.

**3.** Tertio probatur à priori: quia bonum, & ma-  
lum, qua talia, formaliter obiecta facultatis appeti-  
tiuæ, & volitiuæ sunt, non cognoscitio, & intelle-  
ctiuæ; & si quia bonum, & malum, seu bonitas ipsa,  
& malitia vera obiectiuè, & cognoscibilia sunt, cognos-  
ci, intelligique, qua vera obiectiuè, & cognoscibi-  
lia formaliter valeant; non autem formaliter, qua  
bona, & delectabilia, seu mala, & dolorifera: qua  
rationes materialiter solum respectu potentie cognos-  
citiuæ, & intellectiuæ se habent: ergo suis propriis  
actibus in physice malum disconueniens, & dolori-  
ferum, qua tale formaliter appetitus, & voluntas,  
non vero facultas cognoscitiua feruntur. Locutiones  
illæ oppositæ, partes, in quibus doloriferum obiectum  
finitur primo, non autem, quibus dolor concipitur  
designant: tantumque valent, dolere mihi ac dolere  
(periti alunt) *pedes, caput*. Et similes locutiones quæ  
ex cruciatu, & cruciari pedibus, cum actiue à crucian-  
te, tum passiuè cruciati pedibus opponi possent, cum  
idem cruciatus, & dolor significaret: sed eandem le-  
cilem habent solutionem. Significat, nempe, eis locu-  
tionibus, partes, quibus agens qualitatem doloriferum  
inducit, eaque à patiente primo percipitur. Nec dubito,  
quin phantasiæ organo vitio, aut ex sententia ex-  
terna internam, & phantasma non possit elicere, cui  
sensu